Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36566
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

anima humana neq: mortalis neq: immortalis dici potest. si eligerit uitam. ex participio uite erit immortalis. In uita enim non incidit mors. si u̅ auertens se a uita participium traxerit mortis. ipsa se fecit esse mortalem. ideo ppheta dicit. Anima que peccauerit ipsa morietur. quamuis morte eius non adimeretur substantie sentiam. si hoc ipsum quod aliena extranea sit a deo. qui uera uita est. mors ei esse credenda est. Hi nulla quoque participatio fit iustitie cum iniquitate. nulla societas lucis ad tenebras. nulla consonantia xpi ad belial. Si eligim̃ uitam semp uiuim̃. mors nos non dominabitur. et coplebitur in nobis sermo dni qui dicit. Qui credit in me. etiam si mortuus fuerit uiuet. Eligam̃ quoque uitam. eligam̃ lucem. ut in die honeste ambulem̃. ut et nos sequentes ipsum uitia uelamen tabernaculi uitiosis. iam non simus ut homines mortales sed ut angeli immortales. cum nouissimum inimicum destruxerit mortem ipse dns ihc xpc. qui est uia et uertas et uita. cui gla et impiu in secla seclorum. Amen.

De ieunio quod in die reppiciationis fit.

ALITER et de hyreo quem heremum dimittit.

HOS QUIDEM QUIDE SECTA SUAUS MERITO moysen recipimus et scripta eius legim̃ sentientes de eo quod ppheta sit. et dño sibi reuelante in simbolis et figuris ac formis allegoricis conscripserit futura mysteria. que in tempore suo docemus impleta. Qui u̅ hui modi in eo non recipit sensum. siue in deo quis. siue etiam nostro. is ne ppheta quidem fuisse eum docere potest. Quom̃ et enim ppheta pbabit cum litteras asserat esse comunes. futuri nulli conscias. nec occulti aliquid mysterii continentes. Hunc itaq: qui ita sentit. legente hec arguit dominus sermo et dicit. Putasne intellegis que legis. Est quoque lex et omnia que in lege secdm apli sententiam usq: ad tempus correctionis imposita. Et sic hi quibus artificium est signa extere facere. et statuas fundere. ante quam